

Continuatio cod. 2.^u

LX archiepiscopus Fredericus de Berwarden.

Igitur illustris dominus Fredericus natus de
comitatu nobilium de Berwerden receptus et
installatus cum magno gaudio et tripudio
huius cleri et populi ubique homagiebatur.
Fecit itaque egregie episcopatum Coloniensem
annis 44, in quibus ordinavit et dotavit et
variis ornamentis decoravit atque erexit ^{altare^u} in
honore virginis gloriose Marie in ecclesia Colo-
niensi in parte australi chori eiusdem ecclesie.
Insuper instituit perpetuis temporibus omni
die infra sextam et septimam missam unam
decantari ac solemniiter celebrari cum organo in
discantu in honore virginis Marie. Item con-
struxit in opido de Boons supra Renum in an-
gulo opidi unam ~~fortem~~ magnam et fortem
turrin ad munimen opidi contra quoscunque
invasores, quam consummavit anno domini 1388.

Post hoc construxit super Renum ante castrum
et opidum de Beercka fortem turrin videlicet
in his metris subscriptis:

Bis duo C fit in septem minus ista necesse
Turris, de Beerwart. Fredericus eam iubet esse.

Mathei festo tunc perficit integra res se.

u/ Scripta est manu paulo recentiori. v/ altare supplevi.

Altezeit Samt Wren in den 10. M.
v. E. 1384.